



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

24. De purificatione matris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

tio Ioseph, ut indicaretur Infantem hunc non habere Patrem in terris, qua homo erat: superveniens autem Ioseph, quæ sensit? quæ dixit? Cùm pernoctassent ibi, admonentur in somnis, ne redirent ad Herodem, quod ille petierat, ne ipsi & infans in periculum adducerentur. Parent, & alia via revertuntur, gratulantes sibi pro suscepto labore. Ita iis contingit, qui constanter Christum quærunt.

MEDITATIO XXIV.

Purificatio Matris & Presentatio Filij.

PUNCTUM PRIMUM.

V irgo implet legem Purificationis, quæ jubebat mulierem, quæ peperisset masculum, oblato sacrificio purificari in templo post 40. dies. 1. Libenter se continuit per illos dies in illa casa, intenta alendo Filio, & defixa in contemplatione tantæ rei. 2. Enituit puritas, quòd, cùm purissima esset, adhuc voluit purificari. 3. Obedientia erga legem, à qua tamen erat exempta, quòd concepisset, non suscepto semine. 4. Humilitas, profitendo se indigere purificatione, dum ritum servabat, <i>Offerendi pullum columbae. aut turturem pro peccato:</i> sicut Filius se peccatorem exhibuit, admissa circumcissione. 5. Amor paupertatis, quia non agnum obtulit in holocaustum; sed pullum columbæ, aut turturem, quod permittebatur pauperibus: & potuisset procurare agnum ex oblatione Magorum; sed	B. Vir- ginis virtutes. 1. 2. 3. <i>Levit.</i> 12.2.3. 4. 5. maluit
--	---



maluit

6. maluit ex pauperibus esse. 6. Devotio & reverentia, qua munus suum obtulit Sacerdoti, petens pro se orari. Hæ sex virtutes sunt instar sex foliorum lilij candidissimi, *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.*
- Cant. 2.
2.

PUNCTUM II.

1. **L** Ex altera jubebat offerri Deo omne primogenitum, in memoriam liberationis ex Aegypto, ab internecone primogenitorum omnium, tam hominum, quam pecudum. 1. Devotè offert Patri æterno Filium ipsius, & proprium, oblatione significata præteritis sæculis per tot illas primogenitorum oblationes, & optatissimam ipsi Patri æterno, multoque acceptiorem, quam Abelis, Noë, Abrahamæ, omnibusque Mosaïcis sacrificiis, per quam petebat pia mater toti mundo salutem, & reconciliationem. 2. Infans quoque ipse offert sacrificium Patri: quandoquidem priores oblationes non auferebant peccata: at speciatim cogitabo, quòd pro me se obtulerit. O offeram ego me ipsum!
2.
Ipsius
Christi.

PUNCTUM III.

- P**rimogenitus debebat redimi quinque siclis. 1. Redimitur à Deo Patre, cui fuerat oblatum. Non sibi retinet, testificans quod vult profusus eum esse nostrum. 2. Redimit Virgo Mater, ut nutriat, non ut servet sibi, sed mundo. 3. Pretium, quinque sicli, non pluris hic, quam alii primogeniti, redimitur. Ostendit Deus promptitudinem dandi eum nobis, ut noster sit: siquidem
- Redimi-
tur 5.
siclis.

dem tam parvo redimi eum finit. Quinque sicli
possunt intelligi, mortificatio quinque sensuum,
vel quinque virtutes, quæ ad Christum dispo-
nunt, recuperando cum Deo gratiam. Viva fi-
des, timor Dei, dolor de peccatis, fiducia de mi-
sericordia Dei, ac stabile propositum emenda-
tionis. 4. Redimitur in eum finem, ut sub pote-
state hominum sit, & morti etiam pro iis tra-
datur.

Sicli
quid.

MEDITATIO XXV.

De Simeone & Anna in presentatione
Christi.

PUNCTUM PRIMUM.

Virtutes Simeonis & oraculum. 1. Erat vir
justus & timoratus: cavens diligentissimè,
ne quid offendat. *Qui timet Deum, nihil negli-*
git. 2. *Expectans consolationem Israël*, per ardentia
desideria, per preces cum fiducia magna. 3. *Et*
Spiritus Sanctus erat in eo, non tantum sicut est
in quovis Iusto, sed peculiariter, à quo proinde
incitabatur ad flagitandam ardentem & expe-
ctandam consolationem Israël: ipse enim spiritus
postulat pro nobis, dum postulare facit. Qua
fiducia & vitæ sanctimonia meruit *responsum*
accipere, non visurum se mortem, donec videret
Christum Domini. Deus voluntatem facit ti-
mentium se, & deprecationem eorum exaudit. 4.
Datur etiam nunc aliquibus in hac vita videre
Christum Domini per contemplationem; sed

Simeon

qualis?

1.
Eccl. 7.

12.

2.

3.

Ps. 144.

19.

49